



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

X. Erectio Custodiæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

ANNO  
1670.

C L E M E N S D E C I M U S .

Derogat con-  
trariis.

Edit. 30. Au-  
gust. 1670.

X.  
Die 30. Sept.  
1670. An. 1.

Nunc primū  
impressa.

De reformatiōne fratrū  
Conventualium, eorum  
que transītū  
ad aliam Reli-  
gionem la-  
tarā, vel stri-  
ctiorem, vi-  
de Confit.  
g. & Constitut.  
32. Clem.  
IX.

Exordium.

Series facti.

auctoritate Congregationis eorumdem Cardina-  
lium.

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac Conſi-  
tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necon-  
dicti Ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento,  
confirmacione Apostolica, vel quavis firmitate  
alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privi-  
legiis quoque indultis, & literis Apostolicis in  
contrarium præmissorum quomodolibet conceſ-  
ſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus,  
& singulis, illorum tenores presentibus pro ple-  
ne, & ſufficienter expressis, ac de verbo ad ver-  
bum inferris habentes, illis alias in ſuo robore  
permanuris, ad præmissorum effectum, hac vice  
dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus,  
caterisque contrariais quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Pifatoris die 30. Auguſti 1670. Pontifi-  
catus noſtri Anno primo.

I. G. Slusius.

Registrata in Secr. in lib. Brevium mensis Sep-  
tembris par. 1. fol. 213.

Erectio Custodiæ S. Petri de Alcantara Minorum  
Discalceatorum S. Francisci in Regno Neapolis.

Dilecto filio noſtro, & Apostolice Sedis in Regno  
Neapolitano Nuntio.

C L E M E N S P A P A X .

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam benedi-  
ctionem.

A Postolica servitutis Officium, quod inſcruti-  
tabilis sapientia, atque clementia Dei alti-  
tudo humilitati noſtra, meritis licet, & viribus  
longe impari, committere dignata eſt, exigit, ut  
paternam Religiosorum virorum divinis obſe-  
quis ſub ſuavi arctioris vitæ jugo mancipatorum,  
propriaque, & aliena ſalutis laudabiliter incumben-  
tium curam gerentes, cœtibus illorum ſtabili-  
endis, proſperoque, & fœlici eorum regimini,  
& gubernio peculiari charitate intendamus, ac  
Pafitoralis muneri noſtri partes deſuper interpo-  
namus, ſicut ad Omnipotens Dei gloriam Reli-  
gionis incrementum, & animarum ſalutem ex-  
pedire in Domino arbitramur.

§. 1. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dile-  
ctus filius nobilis vir Petrus de Aragonia Dux de  
Segorbe, & Cardona Regno Neapolis Prorex,  
quod alias fel. rec. Clemens Papa IX. prædeceſſor  
noſtri, Conventum S. Luciae de Monte Neapolitan-  
o olim Fratrum Reformatorum Ordinis Mi-  
norum S. Francisci Conventualium nuncupato-  
rum, Fratribus Discalceatis Hispanis Provinciæ  
S. Petri de Alcantara Ordinis Minorum ejusdem  
S. Francisci de Observantia nuncupatorum pro  
eorum habitatione, adhoc ut missionibus ad ſpi-  
rituale militum Hispanorum Neapoli degen-  
tium, prout eatenus fructuofe fecerant, operam  
in poſtremo dare poſſent, confeſſit, ac Fratribus  
Conventualibus Reformatis qui in eodem Con-  
ventu reperiebantur, indulſit, ut inter Fratres  
Discalceatos hujusmodi incorporari poſſent, at-  
tentio, quod reformationem eorumdem Fratrum  
Conventualium extinxerat, & id ipsum permiſi  
que Fratribus Conventualibus Reformatis in  
aliis quatuor ejusdem instituti Conventibus in  
Regno prædicto consistentibus, nempe S. Matiae  
gratiarum de Squinzano, S. Jacobi Licien., San-  
cta Catharinæ Graemi, & S. Joannis Baptiftæ de  
Trippalta reſpective degentibus; qui Fratres vi-  
gore licentiae hujusmodi institutum prædictorum  
Fratrum Discalceatorum amplexi ſunt, memo-  
rato Conventu S. Luciae dicitæ Provinciæ S. Petri  
de Alcantara Hispaniarum incorporato rema-  
nente: Et conſiderato per eumdem Clementem

prædeceſſorem, quod diuſus Conventus nec bene  
gubernari, nec ſuſtentari poſterat ſine institu-  
tui detrimen- to, ſi ſolus remaneret; viſum eſt  
ipſi Clementi prædeceſſori ex eodem S. Lucia, &  
aliis quatuor Conventibus prædictis institui Cu-  
ſtodiā per Cuſtoden Provincialis dicitæ Provinciæ  
in Hispānia reſidenſ, propter locorum diſtantiam  
Cuſtodiæ hujusmodi curam gerere non poſſet.  
Verum ſuſpensu fuit hujus intentionis diuſi Cle-  
mentis prædeceſſoris institutio, quia Fratres Mi-  
niores Conventuales allegarunt Conventus prædi-  
ctos ad ſe ſpectare, quippe qui eorum expen-  
ſis pro Fratribus Reformatis eorum Ordinis aedi-  
ficiati fuiffent, & hujusmodi allegationis prætex-  
ta, literas Apostolicas in ſimiſi forma Brevis ex-  
peditas obtinuerunt, ad hoc ut exclusi Fratribus  
Discalceatis, diuſi Conventus eis conſigna-  
rentur; ſed haec litera executioni mandata non  
fuerunt, eo quod repertum fuit eodem Conven-  
tus eſſe de jure patronatus fundatos ab incolis  
ipſorum Oppidorum, eorumque Dominis, qui  
ingreſſi memoratorum Fratrum Discalceatorum  
in eis tunc hoſue degentium minime con-  
ſentiebant, & hujus Sanctæ Sedis determinatio-  
ne super erectione Cuſtodiæ hujusmodi expe-  
ſtandam eſſe ceneſebant.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſu-  
juſgebat, prædictus Petrus Dux, & Prorex, S. Lu-  
cie de Monte, & alios quatuor Conventus ſupra-  
dictos in novam Cuſtodiā, qua institutum, do-  
ctrinam, & ceremonias S. Petri de Alcantara  
ſervare debeat, ad Dei gloriam, ac tam Hispano-  
rum, quam aliorum Regni prædicti incolarum  
ſpiritualem edificationem, bonorumque operum  
incrementum a nobis erigi, & inſtitui, ipſiusque  
nova Cuſtodia Cuſtodem, & Diſſinatores pro hac  
prima vice authoritate noſtra deputari plurimum  
deſideret: Nobis propterea humiliter supplicari  
fecit, ut in præmissis opportune poſſidere, & ut  
infra indulgere de benignitate Apostolica digna-  
remur.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Petri Ducis, &  
Proregis votis hac in re quantum cum Domino poſ-  
ſumus favorabiliiter annuere volentes, eumque a  
quibusvis excommunicationis, suspensionis, &  
interdicti, aliisque ecclieſiaſticis ſententiis, cen-  
ſuris, & peccatis a jure, vel ab homine quavis oc-  
caſione, vel cauſa latiſ, ſi quibus quomodolibet  
innodatus exiſit, ad effectum præſentium dum-  
taxat conſequendum, harum ſerie abſolventes,  
& abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplica-  
tionibus inclinati, diſcretioni tuae per præſentes  
committimus, & mandamus, ut veris existenti-  
bus narratis, & auditis illis quorum intereſt, præ-  
dictos quinque Conventus Fratrum Discalceato-  
rum Provinciæ S. Petri de Alcantara Hispania-  
rum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de  
Observantia nuncupatorum, videlicet S. Lucia  
de Monte Neapolis, S. Mariae gratiarum de  
Squinzano, S. Jacobi Licien., S. Catharinæ Graemi,  
& S. Joannis Baptiftæ de Trippalta, in novam Cuſ-  
todiā ſub prenarrata Provincia S. Petri de Al-  
cantara, qua pro tempore existentiis Commiſſarii  
generalis, vel Ministris generalis diuſi Ordinis,  
quando ex famili Cifmontana fuerit, quemad-  
modum in literis d. Clementis prædeceſſoris cir-  
ca prædictum Conventum S. Lucia de Monte in  
forma Brevis emanatis ordinatum reperitur,  
omnimoda jurisdictioni, viſitationi, & corre-  
ctioni immediate ſubjaceat, Provinciam tamen  
S. Petri de Alcantara prædictam tanquam Ma-  
trem agnoscat, itaut reciproca ſuffragiorum pro  
defunctis utriusque illorum communicatio ſiat  
juxta diſcretam distributionem pro numero per-  
ſonarum faciendam; ipsaque Cuſtodia deinceps  
poſt hanc primam vicem per unum Cuſtodem, &  
quatuor Diſſinatores, ac Guardianos Conventuum

15 ANNO  
1670.

Preces Petri  
de Aragonia  
Regni Neapo-  
lis Prore-  
gis.

Quinque Con-  
ventus in Re-  
gno Neapo-  
lis Fr. Dis-  
calceatorum  
S. Petri de  
Alcantara  
maſtā dat erigi  
in Cuſtodiā  
prout in  
rubr.

Post hanc  
primam vicem  
mandat regi

1670.  
per unum  
Custodem,  
& quatuor  
Diffinidores  
ac Guardia-  
nos regi  
prout in  
rube.

Gaudet om-  
nibus privi-  
legiis, &  
gratis qui-  
bus gaudent  
alia Custo-  
diz ejusdem  
Ordinis.

Pro hac pri-  
ma vice pro-  
vider de Custo-  
dide. & Dis-  
finitoribus  
ad triennium  
duraturis.

Decretum  
irritans.

Derogat  
contrariis.

**ex corpore ejusdem Custodiaz, juxta Constitutiones, & statutum ordinis hujusmodi eligendos regi, & gubernari debeat, authoritate nostra Apostolica perpetuo erigas, & instituas; ac ejusdem Custodiaz sic erexit, & instituit Custodi pro tempore existentem, ut eamdem in sua Custodiaz auctoritatem, & facultatem habeat, quae per literas Apostolicas, alias omnibus ejusdem Ordinis Custodibus ab hac S. Sede concessa repperit; ipsa vero Custodia, ac illius superiores, & Fratres omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, gratiis, & indulxit, quibus alia Custodia Ordinis hujusmodi, illarumque superiores, & Fratres ex concessione dictæ Sedis utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, dicta auctoritate concedas, & indulgeas.**

**S. 4. Præterea eidem novæ Custodia de idoneis Custode, & Diffinitoribus, qui illam, adjuvante Dño, salubriter dirigant pro hac prima vice providere cupientes, ac de infra scriptorum Ordinis prædicti professorum fide, prudentia, charitate, vigilancia, integritate, & Religionis zelo plurimum in Dño confisi eidem discretioni tua harum serie committimus, pariter, & mandamus, ut dilectos filios Joannem de S. Bernardo in Custodiam, ac Bartholomæum immaculatae Conceptionis, alias de Pectorano, Andream Masiam, Carolum delle Piaghe, & Josephum de Robles Fratres difcalcearios supradicti ordinis Sacerdotes expresse professos in Diffinidores nova Custodiaz hujusmodi respective ad triennium tantum in officio hujusmodi duratores, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præminentibus, auctoritate, facultibus, gratiis, & indulxit, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis eadem auctoritate deputates, atque constitutas; ipsique Custodi, & Diffinitoribus sic deputatis, Guardianos Conventuum dictæ Custodiaz capulariter eligendi facultatem dicta auctoritate impertiaris: Nos enim quamcumque necessarium, & opportunum ad præmissa facultatem tibi harum serie auctoritate prædicta tribuimus, & impertimur.**

**S. 5. Decernentes easdem præsentes literas, omniaque, & singula in illarum executione a te, ut præfertur, facienda, valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios & integratos effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, ac etiam S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis prædicta Nuncios, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.**

**S. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, ac Provinciae, & Conventuum hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indulxit, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plebe, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.**

Datum Romæ aquid S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septemb. 1670. Pontificatus nostri anno Primo.

I. G. Slusius.

Registrata in Secretaria in lib. Brev. Mensis Septembris 1670.

Edita die 30.  
Sept. 1670.

Edita An. D.  
1670.

Nunc pri-  
mum edita.

Exordium.

Indulgentia plenaria perpetua pro Visitantibus Ecclesiæ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum tam creditis, quam erigendis in festis SS. Joannis de Matha, & Felicis de Valois Fundatorum ejusdem Ordinis.

### CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

**R** Edemtoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum sectatores alii decoravit honoribus, & celestis beatitudinis consortes efficit, vices, licet immerit, gerentes in terris, speciūlū munera thesauros, quorum dispensatores à Dōmino constituti sumus, libenter ergamus, sicut ad foydā, & incitandam fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

**S. 1. Itaque præclara Sanctorum Joannis de Matha, & Felicis de Valois Fundatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum merita devote recolentes, ac ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauros pia devotione intenti, nec non de Omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiæ Fratrum tam Calceatorum, quam Discalceatorum, & Monialium diti Ordinis haec tenus creditis, & in futurum quandocunque erigendis, ac ubicumque locorum existentibus, eorumdem Sanctorum Joannis de Matha, & Felicis de Valois festis diebus a primis vespereis usque ad occasum solis festorum hujusmodi, annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die festo prefatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus perpetuis futuris temporibus valitaram.**

**S. 2. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibetur in judicio, & extra, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.**

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Decembbris 1670. Pontificatus nostri anno Primo.

I. G. Slusius.

Registrata in Secretaria Brev. lib. I. Diversor. fol. 636.

Transumpto-  
rum fides.

Edita die 20.  
Dec. 1670.

Edita An. D.  
1670.

Declaratio super Innovationibus factis circa provisiones Ecclesiæ Metropolitanarum, & Cathedralium Regnum, Portugallia, & Algarbiorum, eorumque Indiarum, & Conquistarum, post deceplum Regum Sebastiani, & Henrici, quod per eas principaliter, vel acceſſorie, sive antecedenter, vel consequenter, aut concomitante, vel alias quomodoliberfactarum, iuribus Coronæ Portugallie nullo modo